



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Irregularitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

IRREGVLARITAS. 329

requirunt corrigere, deponere, conferre beneficia, dare dimissorias; tamen venit cum aliquo generale esset frustra; aut cum ex verbis apparet talis esse concedentis intentio.

\*Vide Syl. Clausula. nu. 2.

Inuentum, vide *Thesaurus*.

Ira, vide *Indignatio*.

Irregularitas, vide *Absolutio, Censura, Episcopus, Suspendio*.

**I**rregularitas est impedimentum accipiendi ordines, aut acceptis utendi. Impedit verò aliquando solam acceptionem, non vsum: aliquando vsum vnum, & non alium.

\*De Irregularitate *Sot. d. 25. q. 1. art. 3. Val. t. 4. d. 7. q. 19. Nau. c. 27. à n. 19. Vial. p. 2. Canon. Sayrus lib. 6. de censuris. Maiol. in integro volum. Cou. in Clem. si furiosus, Tol. lib. 1. à c. 24. Philiarcus p. 1. l. 4. à c. 6. Villadiego, & alij multi.*

\*Nau. l. c. nu. 191.

2 Irregularitas non est censura, sed poena quaedam seu inhabilitas: Itaque graues quidam Doctores comprehendi dicunt eam, quæ pro delicto imponitur, nomine Absolutionis ab omnibus poenis, sed falsò: quia in contrarium est consuetudo. Vide *Nau. c. 17. nu. 254.*

\**Innoc. III. c. Quærenti de verb. sign. tres solè recenset censuras, excommunicationem, suspensionem. Interdictum.*

Itaque

Itaque *Salon* 2. 2. q. 64. art. 8. *Arragon Bannes*  
 q. eadem ex *Canon. Carb.* l. 8. de legib. *D.V. Barth.* l.  
 2. q. 96. art. 4. & *lib. 1. Instrum.* c. 11. §. 9. *Sot.* 4. d.  
 22. q. 3. art. 1. {Sed falso} *V. Sot.* sibi contradi-  
 cente *n. l. 5. q. 1. art. 4. Nau.* c. 27. num. 194. & 294  
*Couar.* in cap. *Alma mater.* p. 1. §. num. 6 *Sayrum*  
*lib. 1. cap. 1. num. 18.* & *fufius lib. 7. c. 14. de censu.*  
 & alios multos ab eo citatos dicentem, ob  
 stylum *Curia*, & *Pontificum Bullas* priorem  
 sententiam in praxi seruari non posse.

3 In dubio an quis sit irregularis, sufficit *Ep-*  
*piscopi iudicium*: quilibet autem in dubio fa-  
 cti debet se gerere pro irregulari; in dubio au-  
 tem iuris, nequaquam.

\**Vide Vinal.* de irregul. à nu. 20. *Nau.* c. 27. nu.  
 193. *Azorium* l. 2. c. 19. q. 11.

4 Irregularis non est capax beneficii, nec pen-  
 sionis datae in titulum beneficii: non tamen  
 priuatur prius acquisitis, nec impeditur ab a-  
 ctu *Iurisdictionis*, sed solum *Ordinis*.

\**Vide Couar.* in cap. *Alma mater.* p. 1. §. 7.  
 num. 1. & *reg. Peccatum* p. 2. §. 7. num. 6. *Az-*  
*orium* l. 10. c. 14. q. 9. & in *recognitione* ad cal-  
 sem voluminis.

5 Habilis ad aliquem vsum *Ordinis*, potest  
 obtinere ad illum beneficium.

6 Ad irregularitatem ex delicto, requiritur  
 peccatum mortale; nec incurritur ante decem  
 annorum gratem secundum quosdam. Vide

GENSURA.

Supra 11

\*Sot.

*Nau.*

tem irr.

Nec

annum

7 Itera

cit nou.

Irregul.

\*Nec

8 Quidam

nunqua

probabi

\*Vide

num. 4.

9 Irre

homicid

litur; n

vel ex B

nem Re

quecun

gamia) c

tem qua

\*Ita Co

tollit ort

*Cona.* l. c.

\*Defe

tem. *Mai*

Tollitu

de *Maiol.*

De mo

*Mil.* 62

\**Sot. l. 5. q. 1. ar. 9. col. 5. Azor. l. 5. c. 6. q. 5.*

*Nau. tamen c. 27. nu. 219. venialiter deformā-*  
tem irregularitate vinciri, ait.

Nec Puerum rationis vsu p̄ditum ante  
annum decimum non excusat *Nau. l. c. n. 130.*

7 Iterare id quod facit Irregularem, non fa-  
cit nouam irregularitatem, nec celebrare in  
Irregularitate.

\**Nec celebrare? Nau. l. c. num. 194.*

8 Quidam putant ex delicto omnino occulto  
nunquam incurri irregularitatem, quod nec  
probabile, neque vsu receptum est.

\**Vide Nau. l. c. Couar. Clem. si furiosus 2. p. §. 3.*

*num. 4.*

9 Irregularitas ex peccato, & quæ oritur ex  
homicidio sine peccato, per Baptismum tol-  
litur; non autem quæ ex defectu natalium,  
vel ex Bigamia. Tollitur verò per professio-  
nem Religionis, iuxta cuiusque privilegia  
quæcunque accidit sine peccato (excepta Bi-  
gamia) quantum ad omnes Ordines, non au-  
tem quātum ad dignitatē, aut prælationem.

\**Ita Coua. l. c. n. 5. Quidam tamen dixerunt non*  
tollit ortam ex homicidio sine peccato. *vide*

*Coua. l. c. Syl. l. c. Maiol. l. 5. c. 51. n. 11.*

\**Defectu? aut per ministetij impossibilita-*  
tem. *Maiol. l. c. Sayrus. l. c. 13. n. 3.*

Tollitur? sine actu Monachi. *Con. l. d. §. 2. Vi-*  
de *Maiol. l. c. n. 12. Sayr. l. c. n. 4.*

De modis, quibus tollitur Irregularitas. *Say-*  
Nul.

10 Nullus incurrit irregularitatem ob opus quod non potest omittere sine peccato, saltē quantum ad vsū Ordinis accepti. Itaq; Cōfessor qui monet reum vt confiteatur delictū, ex quo ille ad mortem condemnatur, non fit irregularis. *Vide infra. Ex deformatione licita.*

*Irregularitas, Ex Bigamia.*

1. **S**i quis ducat duas vxores, etiam inualidē, & vtramque cognoscat.

*\*Vide Nau. l. c. à. n. 195. Couar. l. c. Maiol. l. 1. c. 33. Sayrum l. 6. c. 3.*

*\*Cova. de homic. p. 1. §. 2. Maiol. l. c. n. 3. etiam si vnam ante Baptismum duxerit, alteram post, ex Innoc. Episc. 24. ad Conc. Tol.*

Sine carnis commixtione non incurritur. *Couar. l. c. nu. 2.*

2 Si quis ducat ab altero corruptam eamque cognoscat, cum scit fuisse corruptam, aut id sit notorium. Quòd si matrimonium fuisset inualidum, ex alia causa quam pofessionis, vel sacri Ordinis, Nauar. negat esse bigamum, alij affirmant.

*\*Couar. l. c. Maiol. l. c. nu. 4. etiam si nesciat esse corruptam, & matrimonium nullum sit. Couar. l. c. \*Nau. l. c.*

3 Si quis virginem à se ductam post adulterium à se notum cognoscat, etsi quidam dicunt, etiam si ignorans adulteram esse illam cognoscat, bigamum esse.

*\*Maiol.*